

*Instrumentum venditionis di Alessandro
e Filippo, figli ed eredi del defunto
Guglielmo Scornavayronis, di Potenza,
a favore di Guglielmo de Auromundo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Instrumentum venditionis di Alessandro
e Filippo, figli ed eredi del defunto
Guglielmo Scornavayronis, di Potenza,
a favore di Guglielmo de Auromundo*

1286 giugno 2

*Guglielmo Scornavayronis, di Potenza,
allore in acuationis millesimo*
† Anno domini incacuationis millesimo ducentesimo
octuagesimo sexto, dominante magnifico domino
domino Karolo dive memorie domini Karoli illustris
Ierusalem et Sicilie regis herede et legitimo sucessore,
dominii vero eius anno secundo, feliciter, amen, mense
iunii secundo eiusdem, quatedecime indictionis.

1

2

In presencia Simonis de iudice Simone iudicis Potencie
et testium subscriptorum, Alexander et Philippus, filii
et heredes condam Guillelmi Scornavayronis, cives
et habitatores Potencie, vendiderunt et tradiderunt
Guillelmo de Auromundo pecias terrarum tres contiguas
inter se, sitas in tenimento Potencie in contrata ubi
dicitur Vallonus de Lacu et Podius Arritelle et Petra
Vulpara, diversis rivulis aquarum et limitibus per
medium existentibus, hiis finibus circumdatas: ab uno
latere tenent Iohannes Palloctinus et Matheus de Berardo
de Vineola, mediante rivulo aquaro assendente ad fontem
que dicitur Fons Mortua et revolvens per quodam
designatum limen usque ad aliud limen sub lavanca
[...]acii ubi partitur confinis tenimenti Potencie et
tenimenti Vineole, ab alia parte est via puplica in
aqua pendente ubi dicitur aera comunis et ultra Serram
tenet Iohannes de Berardo de Vineola, ab alia parte
dessendendo per aliam lavancam usque ad limen quod
est supra petrilia tenet ecclesia Sancte Marie de Bandito
et a predicto limite usque ad vallonum predictum
tenet ecclesia Sancti Michaelis de Potencia, mediante

Così A

La parola è ripetuta

limite, ab alia parte est dictus Vallonus de Lacu et siqui alii sunt confines. Has autem pecias terrarum taliter sunt prescriptis finibus circumdatas per designata latera quatuor, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis, dicti Alexander et Philippus predicto Guillelmo vendiderunt et tradiderunt, ut dictum est, pro quo receperunt adc eodem, nomine precii, uncias auri quinque et tarenos decem et octo, totum videlicet precium ipsius vendicionis. Quapropter dederunt et tradiderunt tam eidem Guillelmo quam heredibus suis liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, vendendi, donandi, permutandi, nec non et quocumque modo voluerit alienandi terras predictas. Insuper repromiserunt eidem et heredibus suis ipsas defendere et guarentire contra omnes homines qui eum vel heredes suos de predictis terris molestare vel inquietare temptaverint more iudiciorum et si dicti Alexander et Philippus vel sui heredes vel aliquis per se vel per suos heredes contra predictum Guillelmum vel suos heredes de predictis terris aliquo tempore venerint vel eas vobis deinceps calumpniati fuerint seu per quodlibet ingenium ipsum ab eis repetere vel subtrahere quesierint aut ipsum eis defendere et guarentire ab omnibus hominibus, ut supradictum est, more iudiciorum, debeant componere viginti agustales auri nomine pene, medietatem predicto Guillelmo vel suis heredibus et alteram medietatem regali curie predicta vendicione nichilominus rata perpetuo permanente.

Il 12 novembre 1375 Giovanna *de Lacupensuli* di Potenza, abitante in Pietragalla, assistita dal marito Roberto *de Pascale de Altruda*, suo mundualdo, vende al *magister* Taddeo *de*

4

5

Et taliter ego Iohannes de Gunella puplicus Potencie
notarius de mandato contrahentium predictorum hoc
instrumentum vendicionis scripsi, quia interfui et meo
signo signavi. (SN) † Ego Simon iudex Potencie qui
supra. † Ego Addam Potencie notarius interfui. † Ego
Robertus de Episcopo medicus in Potencia interfui. †
Ego pre<s>biter Gulelmus interfui.

6

*Amelino di Potenza alcuni suoi beni posseduti nel tenimento
di Potenza, tra cui le terre nelle contrade Cicinelli e Lavanche,
confinanti con i beni della chiesa di Santa Maria de Bandito,
una terra nella contrada Bandito, confinante con il flumen
magnum quod descendit a Vineola e con altri beni della
predetta chiesa di Santa Maria de Bandito e delle chiese di San
Gerardo e della Trinità di Potenza. Il contratto di vendita è
rogato dal notaio Francesco di notar Giacomo di Potenza (cfr.
I registi dei documenti della Certosa di Padula 1070-1400,
a cura di C. CARLONE, Fonti per la storia del Mezzogiorno
medievale, 13, Altavilla Silentina 1996, pp. 285-286, n. 752;
Repertorio delle pergamene dell'Archivio Cavense. Periodo
angioino: 1266-1442, I, Regesti, a cura di C. CARLEO, Badia
di Cava 2013, p. 314 LXXVI, 51; CARLONE, Le pergamene
dei monasteri soppressi nell'Archivio Cavense, p. 107, n. 514;
p. 131, n. 669).*

Così A

Così A

Così A